

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

856

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

ecclesie cum omnibus sibi subjectis et rebus vel hominibus ad se aspicientibus vel pertinentibus sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione, remota totius iudiciariae potestatis inquietudine, quieto ordine<sup>a</sup> possidere et nostro fideliter parere imperio atque pro incolomitate nostra<sup>b</sup> conjugis ac prolis seu etiam totius imperii a deo nobis collati et ejus clementissima miseratione per immensum conservandi una cum clero et populo sibi subjecto dei immensam elementiam jugiter exorare. et quicquid de praefate rebus ecclesiae jus fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus ecclesiae<sup>c</sup>, scilicet perpetuo tempore ei ad peragendum dei servitium augmentum et supplementum fiat. hanc itaque auctoritatem, ut plenior in dei nomine obtineat vigorem<sup>c</sup> et a fidelibus sanctae dei ecclesiae et nostris verius certiusque credatur, manu propria subterfirmavimus et anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum<sup>d</sup> (M.) Hludouuici serenissimi regis<sup>e</sup>.

Data 3 kalendas aprilis anno Christo propitio 23<sup>f</sup> Hludouuici serenissimi regis in orientali Francia, indictione 4. actum Franchenfurt palatio regio; in dei nomine feliciter amen.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 376 cop. chart. sec. XVI.*

*C coll. ibid. cop. chart. sec. XVII.*

*Gedruckt aus letzterer bei Laguille pr. p. 21 = Bouquet VIII, 418; Schöpflin Als. dipl. I, 87 nr. 107. Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II p. j. p. 213 nr. 115 ex apographo tabul. episcop. Tabern. (841), dessen abweichende Lesarten speciell in der Datirungszeile wohl willkürliche Correcturen sind. — Böhmer Reg. Karol. nr. 775. Schon Eccard Comm. de reb. Franc. orient. II, 449 und Heumann Comm. de re diplom. imper. II, 44 und 229 hegten Bedenken über die Aechtheit der Urkunde, die Sickel Beitr. z. Dipl. I, 38 sowohl für 841 wie 856 gänzlich verwirft, nicht blos der chronologischen Verwirrung, sondern auch des anormalen Protocolls wegen, ebenso Hegel D. St-Chron. VIII, Allg. Einl. S. 14 not. 4.*

23. *König Ludwig der Deutsche bestätigt auf Bitten der Aebtissin Basilla die dem Frauenkloster St. Stephan zu Straßburg von seinen Vorfahren ertheilte Immunität. 856 September 12 Straßburg.*

(C.): In nomine sanctę et individue trinitatis. Hlodevicus favente gracia rex. : si liberalitatis nostre munere locis deo dicatis aliquid conferimus beneficii et necessitates ecclesie dei per petitiones religiosarum personarum relevamus munimine atque imperioso tuemur juvamine, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter peragendam et ad aeternam<sup>g</sup> feliciter adipiscendam profuturum esse liquido confidimus. ex quo noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum sollers discretio, quod nobilis atque venerabilis sanctimonialis abbatissa Basilla sancti Stephani infra muros Argentoratenses sive Strazburc nostram adiens magestatem presentavit obtutibus nostris autorabiles emunitates firmes predecessorum nostrorum regum et imperatorum, qualiter predictus locus sancti Stephani a duce Alberto fundatus erat, et per constitutionem Chylderici regis emunitatus et per Pipinum majordomum locupletatus et munitus crescebat, et per munificentiam Clotharii imperatoris primi et conjugis Yrmengardis ditatus et corroboratus pollebat, ac demum etiam auctoritatem domni et geni-

a) *B u. C* qui et ordine. b) *B u. C* nostrae. c) *Grandidier* firmitatem. d) *Grandidier* add. domni. e) *Grandidier* add. Aduleodus diaconus ad vicem Grimaldi recognovi. f) *Grandidier* 8 regni. g) *B* aeternam.

<sup>1</sup> *Bis hierher fast wörtlich sich mit der Immunitätsformel nr. 21 bei E. de Rozière Rec. génér. des form. I, 27 deckend. Vergl. Sickel Beitr. z. Dipl. V, 18—54.*

toris nostri Hlodewici bonę memorię piissimi augusti, in qua continebatur insertum, quod non solum idem genitor noster, verum etiam predecessores ejus reges videlicet Froamchorum aput locum indictum beato Stephano et congregacioni canonicorum quatuor sacerdotum et sanctimonialium triginta cum necessariis ministris dedicatum sub suo munimine ac defensione cum omnibus sibi subpertinentibus tam mancipiis quam prædiis, tam infra civitatem quam 5 foris constitutis, eorum inmunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine totius judiciarię potestatis eadem munita et defensa fuisset abbacia. pro hujus itaque rei firmitate exoravit predicta abbatissa Bassilla, ut paternam seu predecessorum nostrorum regum clementiam sequendo hujuscemodi nostrę emunitatis præceptionem ob amorem Christi et reverentiam 10 sancti loci circa idem monasterium fieri censeremus. cujus postulationibus facilem tribuimus assensionem et hanc nostrę magestatis paginam erga ipsum locum inmunitatis et tuicionis causa pro divini cultus amore et animę nostrę remedio fieri decrevimus. per quod precepimus atque jubemus, ut, salvo per omnia honore sui sacrosancti presulis, nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in personas vel eccläsias vel oratoria aut loca aut agros vel quascunque reliquas possessiones, quas ab antiquo vel moderno tempore in quibuslibet 15 territoriis vel pagis vel comitatibus infra dicionem nostram juste et legaliter memorata tenet vel possidet abbatia, vel ea, quę postmodum in jure ipsius monasterii voluerit divina pietas augere, ad causas audiendas, vel freda vel tributa vel thelonea exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius eccläsie tam ingenuos quam servos super terram ipsius comorantes injuste dstringendos, nullas redibitiones aut illicitas 20 occasiones requirendas, nostris vel futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quę supra memorata sunt, penitus exigere non presumat. sed liceat memoratę abbatissę suisque successoricibus auctoritate episcopali et dispensatione illius, quem de numero fratrum ipsius loci constituerit economum, ipsam sedem cum omnibus sibi subjectis et rebus vel hominibus ad se pertinentibus sub tuitionis atque emunitationis nostrę defensione, remota totius judiciarię 25 potestatis inquietudine, quieto ordine possidere et pro nostro fideliter deum exorare imperio et incolomitate nostra et conjugis atque prolis. nec liceat alicui sub pretextu advocatorie occasionis sibi vel in hominibus vel quibuslibet rebus vel possessionibus eorum aliquod jus vendicare, nisi quem pro aliqua, sicut aliquando fieri evenit, necessitate ipsa abbatissa cum congregationis voto per consilium antistitis aput palatium expostulaverit, qui nec palemundum<sup>1</sup> 30 vel aliquas exactiones exercere presumat. si quis vero temerarius contra hanc nostrę constitutionis auctoritates venire prætemptaverit, prædictę eccläsie quinque libras auri fiscoque regio decem auri purissimi persolvere cogatur et insuper offensam regiam incurrat. ut autem hæc auctoritas plenior in dei nomine vigorem obtineat et a fidelibus sanctę dei eccläsie et nostris verius et cercius perpetuo tempore credatur, propria manu subterfirmavimus et 35 anuli nostri inpressione signari jussimus.

Data 2 idus septembris anno Christo propicio 23 domni Hlodewici serenissimi regis in Alsatia, indictione 4. acta Strazburc palatio regio; in dei nomine feliciter amen.

Signum (M.) Hlodewici serenissimi regis.

Otgarius ad vicem Grimoldi archicancellarii recognovit.

*B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 2610 cop. mb. sec. XI. Das Feld des unten aufgedrückten Siegels kaum mehr erkennbar, scheint einen Kopf en face zu zeigen. Die verlängerte Schrift nur bis zur Hälfte der ersten Zeile, das Fehlen derselben in der Signums- und*

<sup>1</sup> Unbekannt, dem Zusammenhang nach eine Abgabe bezeichnend. Grandidier l. c. p. 245 not. n ver- 45 muthet eine Verwechslung mit parafredus.